



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

leiunium IV. quoad cibos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

amen frangit iejunium, qui ante vesperas Quadragesimali tempore comedit. num. 27.

Peccat mortaliter, qui ieunat diebus Dominicis, superstitione credens in illis iejunandum esse contra consuetudinem Christianam: secus si ob salutem, studium, vel bonum finem. num. 27.

## IEIVNIVM IIII.

*Quoad cibos.*

**N**O N frangit iejunium, qui, licet saepius, bibit aquam, vel vinum, ferò vel manè etiam ad se sustentandum. cap. 21. num. 13.

Frangit qui edit cibos veritos toties quoties. num. 15.

Oua & lacticinia prohibentur in Quadragesima: in aliis autem ieuniis, tantum carnes prohibentur iure communi: in Hispania oraria exquantur ex consuetudine. Quæ ut longa dicatur quoad hoc, debet esse quadraginta annorum. In novo Orbe, & terris nouè repertis, & in aliis, in quibus non est talis consuetudo, seruandum est ius commune. num. 15.

In collatione sub noctem vtendum est cibis leuibus, comedendo aliquid solius fructus, vel panis, vel utriusque, iuxta morem regionis,

regionis, modò ne tantum sumatur, vt defraudetur ieiunium. num. 13. 14.

Dispensatus in ieiunio, non videtur dispensatus, vt comedat carnes. num. 22. 23.

Peccat, qui in die ieiunij cibos vetitos ministrat sine dispensatione, vel consuetudine id permittente. num. 26.

De comedente cibos vetitos in vna regione, qui sunt liciti in sua. vide tit. Gula.

### IGNORANTIA.

**I**GNORANTIA rei, vel iuris, quam, vel quod quis scire tenetur, non excusat à peccato, bene tamen excusat in foro interiori, à peccatis, & censuris positis contra haereticos. Secus in foro exteriori. Præl. 1. nu. 10. §. 4. Nouo n. 17.

Ignorantia, & simplicitas rudium saepè numero eos excusat à peccato, & à censuris in materia fidei. Ibidem. num. 10. Nouo num. 15. & cap. 11. nu. 17. de quo plura tit. hæreticus.

Ignorantia aliquando facit actum non esse humanum, maximè si concurrant hac nempe, ignorantia rei, quam quis non tenetur scire: ignorantia non affectata, nec procurata: ignorantia talis, sine qua non fieret